



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hieraci clarißimo. 55.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

γὰρ ἡμεῖς γεννηθῆναι ὁμολογοῦμεν μη-
 τέρα, μονογενῆ καὶ μονότροπον σύλ-
 ληψιν δεξαμένην πᾶσαι τῆς ἀνθρώ-
 πων αἱ γενεαὶ σὺν ἀληθείᾳ ἐπέγνωσαν·
 ἔτε ἀπορᾶς γεννηθῆναι, ἔτε φθορᾶς
 μεσιτευσάσης· εἰ δὲ ἀπίστευσι τοῖς λε-
 γομένοις ἐκ τῆς τῆς γεννηθέντος δυνά-
 μεως, εἴση τὸ ἀληθέστερον· πηροῖς γὰρ
 ὀφθαλμοῦς ἐχρῆσατο, λεπτοῦς τῆς
 λάμπης καὶ τῆς πάσης ἐκάλειρεν, κα-
 δῶς, καὶ μακίλλοις, καὶ κωφεύσσι
 τὴν ἀκροετικὴν καὶ τὴν φωνητικὴν ἀρ-
 μοσίαν ἐπέθηκεν· ὅτι κώπων θαλάσσης
 ἐβάδιον ἀδήσεις κυμάτων, καὶ πνευ-
 μάτων ἀτάκτους ἐμβολὰς κατεπρά-
 ξεν· δαμόνων εἶψη καὶ φάλαγγας λό-
 γω μόνω ἐδῶξε, τεθνεώτας πολλοὺς
 ῥήματι σφῶς παλιζώϊαι ἐκάλειρε.
 ταῦτα ἡμῖν τὰς θεοσημείας οἱ αὐτὸ
 πᾶσι αὐτῆς παρέδωκεν· τοσούτον κολα-
 κείας καὶ χρεῖτος ἀμοιρον τὴν μαρτυ-
 ρίαν τηροῦσαντες, ὡς καὶ τὰ συμβάντα
 αὐτῷ ἐπονείδισα χράφαί, διωγμοὺς,
 ὑβρεῖς, λιθάσμοις, ἐμπλήσματα, ῥα-
 πίσματα, κολαφίσματα, στυγρὸν εἴη-
 λους καὶ θάνατον, δι' ἀνάστασις διεδέξα-
 το στυγρῶς, καὶ τὸν παθόντα θεὸν σε-
 σαρκωθῆναι σημήνησα, καὶ τὴν τελευ-
 σαι θεοῦ σαρκωθέντος μητέρα κηρύττω-
 σα· εἰ τὰ σφάγματα ὅμοια, ἀνάγκη
 καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ δὲ ἄλλα ὅμοια.

Ἰερωνύμου ἐπιτομή. κε.

Εἰ σπανδαλίζῃ ὅτι τῆς κόνει τῆς
 μαρτυρικῶν σωματίων παρ' ἡμῶν πι-
 μομένη αἰσθ' τὴν πᾶσι τὸν θεὸν αὐτῆς
 ἀγάπην καὶ ἐνστασιν, ἐρώτησον τοὺς ἐξ
 αὐτῆς τὰς ἰάσεις λαμβάνοντας, καὶ
 καὶ τὰς πᾶσι θεραπείας χρεῖ-
 ζονται, καὶ εἰ μόνον εἰ σκώψεις τὸ γε-
 νομένον, ἀλλὰ καὶ ζηλώσεις πάντως τὸ
 κατ' ὁρῶντων· εἰ δὲ αὐτὸς νεκρῶν ὀ-
 φθῶν παρατῆ γίγναι, ὡς γέγραφας, τῆς
 πονηρῶν ἀνθρώπων καὶ ὅτι κακία κοι-
 θέτων τὰ λείψανα ἐδέλυξαι, ἔς ἐν
 τῷ ναῷ τῆς ἐφεσίας, Ἀρτέμιδος κατῶ-

διακοπή-
ποι.

miserit. At eam, quam nos incarnati Dei
 nostri matrem extitisse, atque unius gene-
 ris ac modi conceptionem suscepisse con-
 fitemur, omnes hominum nationes verè
 agnouerunt, sic nimirum, vt nec virile se-
 men, nec labes vlla intercesserit. Quòd si
 sermonibus meis diffidis, ex eius, qui geni-
 tus est, potentia, id veriùs intelliges. Cæ-
 cis enim oculos largitus est, leprosos labe
 ac vitio purgavit, balbis impeditæq; lin-
 guæ hominibus ac surdis eam harmoniam
 indidit, qua & audire & loqui possent, su-
 pra maris tergum ambulavit, tumentes
 fluctus, ac præcipites ventorum impetus
 sedauit, dæmonum agmina & cuneos solo
 sermone fudit ac profligavit, multos mor-
 tuos verbo solo ad vitam reuocavit. Hæc
 diuinitus edita signa ij, qui ea viderant, tra-
 diderunt. Qua etiam in re testimonium
 suum ab adulatione & gratia vsque ad eò
 purum seruauerunt, vt probra etiam, quæ
 ipsi acciderunt, literis mandârint, persecu-
 tiones, contumelias, lapidationes, sputa,
 colaphos, alapas, crucem, clauos, ac mor-
 tem, quam resurrectio secuta est, breuiter
 atque compendiariè, tum eum, qui passus
 est, incarnatum Deum esse significâs, tum
 eam, quæ peperit, incarnati Dei matrem
 esse prædicans. Si res inter se similes sunt,
 similia quoque nomina suscipere neces-
 se est.

Hieraci clarissimo. 55.

Si te istud offendit, quòd martyricorum *Sanctorum*
 corporum cinerem, propter eorum erga *reliquis*
 Deum charitatem atque constantiâ hono- *honor ha-*
 re afficiamus; eos, qui ab ipsis medicinam *bendus.*
 accipiunt, interroga: atque, quot morbis
 remedium afferant, intellige. Sic fiet, vt
 non modò, id quod à nobis fit, nõ irrideas,
 cauillisque incessas, verum etiam quod re-
 ctè & cum laude fit, imiteris. Quòd si mor-
 tua ossa contingere detrectas (vt scripsisti)
 sceleratorum hominum, quique improbi-
 tatis nomine clari ac celebres sunt, reli-
 quias execrare, quas in Ephesiæ Dianæ tẽ-
 plo Gentiles defoderunt, turpissimas vide-

licet res veneratione afficientes, atque improborum hominum sepulchris pestiferos cineres consecrantes, iisque diuinos honores tribuentes.

Nilo. 56.

Præsētia Dei necessitatem actionibus non affert. Non quia Dominus Iudæ voluntatem animique institutum præuidit, vir eximie, idcirco ille in prodicionis crimen lapsus est: verum quia homo nefarius prodicionē parturiebat, idē is, qui abditos & occultos pectoris motus cernebat, futura tanquam præsentia, præmonstrauit.

Cyro. 57.

Math. 9. Eos, qui in vetustate computruerunt, nouamque gratiam reiecerunt, vtres veteres Dominus appellauit, vt qui frangerentur, ac nouum regni sermonem effunderent. Quo in genere fuisse Caiphæ deprehensus est. Nam cum à Domino audiisset, Filius Dei sum, fregit vestimenta. At verò *Math. 26.* *Math. 6.* Petrus, qui spiritus vitæ legem acceperat, non modò, cum doceretur, non reauit, verum etiam ad solam interrogationem cōfessus est, in hoc videlicet infitam veritatis cognitionem ostendens.

Patrimo Monacho. 58.

Oleribus nos accipis; frugalitatem, quā in victus ratione tenes, prudenter ostendens, ac Domini fontes profundēs, atque te paradisi colonum & agricolam esse ex ipsis donis planum faciens.

Gorgonio. 59.

Questionem mihi magnam vim habentem ac valde peruulgatam proposuisti; atque à multis quidem inuestigatam, ceterum ab iis solis, qui diuinitus afflati sunt, perceptam & comprehensam, nimirum quid sibi velit id quod ait Christus, *Qui* *Mat. 12.* *cunq̄ue dixerit verbum aduersus filiū hominis, remittetur ei: quicumque autem di-*

ruξαν ἔλληνες σεμνοποιούτες πρὸ αἰχίαι, καὶ φαύλων ἀνθρώπων τάρβος καὶ κόνεις λοιμοποιούς ἐκθειάζοντες.

Νείλω. 55.

Οὐκ ἐπειδὴ προείπεν ὁ κύριος, ὡ θαυμάσιε, τίω τῷ Ἰούδα παρῶρεσιν, ἐκείνος παρὸς τὴν παρουσίαν ὠλίγησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὠδινε τὴν ἔπαβωλὴν ὁ ἀλιτήριος, ὁρῶν τὰ κρύφια τῆς καρδίας κινήματα, τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα παρῶρνε.

Κύρω. 56.

Τοῖς σαπέντας τῇ παλαιότητι, καὶ τὴν νέαν χάριν ἀφελήσαντας, ἀσχοῖς παλαιοῖς ὁ κύριος παροσηρόρυσεν, ὡς ἀφῆρη γυναικὺς, καὶ τὸν χαρὸν λόγον τῆς βασιλείας ἐκχέοντας. τοιοῦτος ὁ ἱερέως Καϊάφας ἐλήλεγενται. ἀκούσας γὰρ τῆς πατρὸς τῆς κυρίας, ὅτι υἱὸς τῆ θεῆ εἰμι, διέρρηξε τὰ ἱμάτια. ὁ δὲ Πέτρος τὸν νόμον τῆς πνεύματος τῆς ζωῆς παροδεξάμενος, ἔμνον διδασκόμενος οὐκ ἀνένυσεν, ἀλλὰ καὶ μόνον ἐρωτηθεὶς ὁμολόγησεν, ἐμφυτον δέξας τῆς ἀληθείας τὴν εἶδησιν.

Πατριμω μανάζοντι. 57.

Λαχένοις ἡμᾶς δεξιῶσαι, σφῶς τὸ ἀπελερῶν ἐπιδεικνύς τῆς διαίτης, καὶ πᾶς τῆς κυρίας πηγᾶς ἀποβρύων, καὶ ὅπως εἰ τῷ πατρὶ δέσῃ γεωργὸς ἐξ αὐτῶν τῶν δῶρων δεκνύς.

Γοργονίω. 58.

Πολυδύναμον καὶ πολυφύλλοντον ^{πολυτίμητον} ἐπέζητησας ζήτημα. πολλοῖς ἐδὲ ἐφῆρυνθῆν, μόνοις δὲ τοῖς θεοπνεύτοις καταληφθῆν, ὅς ἂν εἴποι λόγον καὶ τῷ υἱὸς τῆς ἀνθρώπου, ἀφελήσεται αὐτῶν. ὅς δ' ἂν εἴποι καὶ τῷ πνεύματος τῆς ἀγίας, οὐκ ἀφελήσεται αὐτῶν, ἔπεσον τῶ ἀγῶνι τούτῳ, ἔπεσον τῶ μέλλοντι. καὶ